

Xa
3406





7. X. 23. 96.

Xa. 3406 441

ALOE CIZENSIS
TRIPLICI CAULE FLORESCENS
IMAGO FELICITATIS

quam
REVERENDISSIMO ac SERENISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO

DN. MAURITIO
WILHELMO,

Duci Saxoniae, Juliaci, Cliviae ac Montium
Episcopatus Numburgo-Cizensis Administratori,
Landgravio Thuringiae, Marchioni Misniae, & utriusq; Lu-
fatiae, Principali Dignitate Comiti de Henneberg, Comiti in Marca
& Ravensberg, Dynastae Ravensteini.

DN. SUO CLEMENTISSIMO
NATALEM,

d. 12. Martii An. Sal. M DC LXXXVIII.
feliciter recolenti

apprecatur
subjectissimus servus
Adolph Wilhelm Esflug.

LIPSIÆ,
Typis CHRISTIANI SCHOLVINI.



Tib. G. M. Averario Sc.



Non Africam solum, sed & Americam
semper apportare aliquid novi,
Ex Aloë Americana novi,
quæ CIZÆ hæctenus florescit,
Delicium Domini,
splendor horti,
Præco hortulani,
stupor spectantium,
gaudium audientium,
dulcedo oculorum,
materia sermonum,
causa itinerum,
in flore Floræ miraculum,
Aloe ab Eloâ data,
quam hæctenus multi passim mirati sunt;
in Italiâ Florentinam, Pisanam, Veronensem, Romanam,
in Galliâ Avenionensem, Montis Pessulanam, Langvedocianam,
in Germaniâ Stutgardianam, Misniacam, seu Chora-Salicianam, Mo-
nachianam, Heidelbergensem, Altorfinam, Sondershusianam,
Alsaticam, Slewicensem, Silesiacam Oppersdorffianam,
His tamen omnibus
Palmam faciliè dubiam reddit,
planta extra dubium palmâ nobilior

A L O E C I Z E N S I S

Hæc enim
in Miraculo miraculum habet,
Et in peculiaribus deliciis peculiare:
dum triplici caule florescit,
Et triplicis adeo felicitatis indicium est.
Alii mirabuntur in ea
Vitæ Fortunæq; Politicæ imaginem
quam repræsentat vel citra politioem indaginem.
Ego tantum admirabor,
& Terris Saxo-Cizensibus gratulabor

Ternam MAURITII Sobolem
FRATRES

frontibus s. mentibus mage conjunctos
quam Aloe hæc frondibus,

Qvos

Quos inter
uti eminent.

MAURITIUS WILHELMUS,

à quo Aloe appellari non indigna est,
ita ternarius frondium numerus,
non una vice in EO refulget.

Mirantur enim

Non secus ac in Aloe triplicem caulem Spectatores
Theologi trifolium virtutum Theologicarum
Spem, Fidem, Charitatem.

Politici trinum illud Politicorum perfectum.
Virtutes, Consilia, Cautelas.

Eruditi tria in PRINCIPE decora
Amorem librorum, Culturam literarum, Favorem
literatorum.

Subditi triplicem Reipubl. Conservatricem
Curam, Clementiam, Justitiam.

Quid mirum,

Si triplex quoq; exhibeant officium
Preces, Observantiam, Fidelitatem

Ego sane

Quoties **ALOEN CIZENSEM** cogito
vel potius

Aloes Cizensis PHOEBUM,

unde in me destillavit

non ut ab Aloe stilla suavium aquarum,
sed suavissimus imber ingentium Beneficiorum,
Tria illa simul cogito.

Unde

NATALEM recolo,

& dum Beneficiorum non multitudo solum, sed & magnitudo
multa dicere verborum inopem prohibet,
ad Aloen iterum confugio,

fugientium verborum defectum suppleturam:

Tot felicia vovens, quot illa flores fovit.

Tot fortunas exoptans, quot illa folia produxit.

Imo

ut in felici summa felicia illa exprimam,
quoniam triplici caule insignis est,

Largiatur DEUS trinunus

largæ felicitatis Autor

triplicem potissimum felicitatem

Corporis, Animi, Fortunarum

Floreat in Corpore

SERENISSIMI PRINCIPIS

Incolunitas, Fœcunditas, Longævitas.
in Animo

Lætitia, ἀντάφρα, fiducia.

in Fortunis

Opes, Honores, Fama

in Regimine

Tem-

Ng 3406. 7A

Temporum tranquillitas, Annonæ laxitas, aëris salubritas,
Absint ab eodem tria

Bellona, Morbona, Caritas.

Et quemadmodum illud Aloen æquat
Altitudine, Ufu, Elegantia.

Imo

si negotia publica spectes
destilante molestiarum imbre,
oriente inde nausea,

& vix depurando vitiorum in subditis fætore;
ita faxit altipo ens, usuum & elegantiarum
nostrarum diribitor DEUS,

ut destillet imber gratiosæ assistentiæ ab alto
quæ nauseam vincat, ingrati animi (quem pro
beneficiis frequentes experiuntur Principes)
fætorem superet.

Faxit is idem

ut diu Ciza experiatur fortunam coloris in Aloë conspicui
h. e. auream.

Jaçtitet Gallipolis sua flava

Mel, Vinum, Oleum.

Ciza habet hæc omnia, & præterea Aloen habet,

Imo **MAURITIUM WILHELMUM** habet

Aureum Principem sub quo aurea flo-
rescunt tempora.

Et faxit DEUS, ut diu habeat;

nec in eo Aloen imitetur, quæ post brevem florem deflorescit
non amplius facile efflorescens.

Sed floreat in Perpetuum.

Hanc perpetuæ devotionis tesseram

SERENISSIME PRINCEPS,

ferena fronte acceptum iri non despero
qui DEOS olim tribus

Thure, Auro, Myrrha ab Ægyptiis

vel igne, hostia & ara à Græcis cultos fuisse,

& TE terrestrem DEUM esse scio,

quem nunquam colere desinam

PIETATE, OBSEQVIO, DEPRÆDICATIONE,



Pou Ka 3400, FK

ULB Halle
004 183 673

3





23,96.

Xa.
3406
1441

ALOE CIZENSIS
TRIPLICI CAULE FLORESCENS
IMAGO FE

qua
REVERENDISSIMO
PRINCIPI ac

DN. MA
WILHE

Duci Saxoniae, Juliaci,
Episcopatus Numburgo-
Landgravio Thuringiae, March
fatiae, Principali Dignitate Comiti d
& Ravensberg, Dyn

DN. SUO CLE
NATA

d, 12, Martii An. Sal, M
feliciter re
apprec

subjectissimu

Dolph Wilh

LIPS

Typis CHRISTIAN



O

ntium

ori,

O

FRATRES

fratres & magister nre conjungos
pwn Aloe herfrandus

2020

Tit. L. M. Averario Lea:

